



**Vtrum ex his quae tropice et figurate in divina scriptura dicuntur, possit aliquid efficaciter probari Gilberti Cognati Nozereni pia responsio, lectori ob hierotropo?n rationem in ea obiter excussam ac apertam, magno usui futura. :**

<https://hdl.handle.net/1874/432357>

VT R V M E X H I S

Q V A E T R O P I C E E T  
 figurate in diuina scriptura dicuntur,  
 possit aliquid efficaciter probari, Gil-  
 bertii Cognati Nozereni pia respon-  
 sio, lectori ob *ἱεροτροπιῶν* rationē in ea  
 obiter excussam ac apertam,  
 magno usui futura.

Eiusdem epigrammata aliquot in laudē D. Eras-  
 mi Roterodami, orbis literarij instauratoris,  
 vindicatorisq; summi.

Ἐφερέφατο ἡ καρδιά μου λόγον ἀγαθόν, λέ-  
 γω ἐγὼ τὰ ἔργα μου τῷ βασιλεῖ.  
 ψαλ. μδ.

Leſtor prius lege, ac contemplare diligenter,  
 quàm iudices.

B A S I L E A E.

VTRVM EX HIS

QVAE TRORICE ET

figuratur in dictione scripturae dicitur

quod illud est dicitur primum Quod

est in Compendio scripturae respon-

ditur ad hoc quod dicitur in ex-

hibet excellentiam ad scripturam

magno nra sunt

quod in eorum numeris dicitur in libro de last

in hoc dicitur et in libro de numeris

quod dicitur in libro de numeris

quod dicitur in libro de numeris

quod dicitur in libro de numeris

quod dicitur in libro de numeris

quod dicitur in libro de numeris

quod dicitur in libro de numeris

BASILIAE

GILBERTVS COGNA

tus Nozerenus Stephano Tornondo ami  
co suo singulari S. P.



**L** T S I occupatior eram  
Tornonde suauiff. ac  
animo meo amicorū  
ferè omnium dilectiffi  
me, quàm ut scribēdis  
literis ocium satis suppeteret, tamen  
quoniam per epistolam responsum  
tantopere urges, ad hanc quæstionē  
mihi abs te proximo colloquio pro-  
positam: Vtrum ex his, quæ tropicè  
& figurate in diuina scriptura dicun-  
tur, possit aliquid efficaciter probari:  
haud grauabor σαφές εἶδος, καὶ παχυτέ-  
ρα, ὡς φασι, μόνον rem explicare.

ἱεροζήτη-  
μάτιου.

In primis constat, teste D. Augusti-  
no, tertio de Christiana doctrina li-  
bro, scripturam canonicā typis, sche-  
matibus ac tropis opertam esse, & o-  
mnes ferè grammaticorum & rheto-  
rum τρόπους in ea inueniri, etiam

Figuræ grā-  
maticæ in  
diuinis li-  
teris.

ipsam ὑπερβολῶ, εἰρωνείαν, καὶ αἰνίγματος  
 σκόρον, ut alios interim taceam nimis  
 duros, ut μεταφορᾶν, συνεκδοχῆν, μετῶν  
 μίαν. & id genus similia.

ὑπερβολῆ  
 καὶ multa  
 in scriptu-  
 ris dicta.

Nam illud γενέσεως 13. quod Domi-  
 nus Abrahamæ promittit: Faciā semen  
 tuum sicut terræ puluerem, ὑπερβολὴ  
 est. Id uerum esse, testis est idem Au-  
 gustinus lib. 16. de Ciuitate Dei, cap.  
 21. annectens: Ea figura, quæ plus di-  
 cit, quàm res habet, ut cæteris tropis  
 uti scripturam solere, nullus qui eam  
 didicit, ambigit. Item quod cap. 49.  
 de Iuda scriptum legimus: Lauit in  
 uino stolam suā, & in sanguine uuxæ  
 pallium suum, Origines homilia 17.  
 per ὑπερβολὴν explicat, qua ingens ui-  
 ni exuberantia significetur. Nā quis  
 alioqui, si rex sit quantumuis opulen-  
 tus, lauet uestes suas uino, quas recti-  
 us lauet balsamo, aut myrrha, si diui-  
 tias ostentare uelit. Itidem Augusti-  
 nus illud psal 104. Et dedit terrā eo-  
 rum

R E S P O N S I O.

rum ranas ( sic enim ipse legit ) inter-  
pretatur, id est, terram eorum conuer-  
tit in ranas. Tanta, inquit, ranarum  
fuit multitudo, ut hoc ὑπερβολικῶς cō-  
ueniēter diceretur, sicut et ibi, Posuit  
pluuias eorum grandinem.

Præterea psal. 106. Ascendunt flu-  
ctus usq; ad cœlos, & descendunt us-  
que ad abyssos, hoc est inferos: non-  
ne magnifica est ὑπερβολή, & penè ue-  
ri fidem excedens? non minus quàm  
quum dicit ille, Ferit aurea sidera cla-  
mor. Psaltes tamen hic nihil aliud in-  
telligit, quàm immanem undarum  
tempestatem.

Rursus quod dicitur Ecclesiastici  
10. In mente tua regi ne maledixe-  
ris, & in secreto cubilis tui ne maledi-  
xeris diuiti: quia uolucres cœli aufe-  
rent uocem tuam, & habens pennas  
annunciabit uerbū. Hieronymus ac-  
cipit ὑπερβολικῶς, quo modo, inquit,  
solemus dicere, ipsos etiam parietes,

ὑπερβολικῶς, aues  
annunciāt  
uerbum.

quibus conscijs loquimur, quæ audierint non celaturos.

Idem Hieronymus Ezechielis decimotertio, *ὑπερβολικῶς* ea de Assyriorum rege interpretatur, quæ alijs de diabolo, literam (ut inquit) sequutus. Et Danielis quarto: Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & proceritas eius contingens cœlum, aspectus eius erat usq; ad terminos uniuersæ terræ, dicit Hieronymus, quosdam hæc interpretari de diabolo, & nō de Nabuchodonosor, eo quod nequaquam terræ orbem possideret. Nos uero, inquit, hæc omnia *ὑπερβολικῶς* debemus accipere ob superbiam regis Opīj. Eiusdem schema tis est, quod in Exodo Deus promittit Hebræis, se educturum eos in terram lacte et melle manantem, nec aliud intelligitur, quàm insignis rerum fertilitas.

Porro in Nouo testamento Lucae 2.  
Exijt

Exiit edictū à Cæsare Augusto, ut de *ὑπερβολαι* No-  
 scriberetur uniuersus orbis: necessa- *λαι* No-  
 ria est *ὑπερβ* λη, quandoquidem Au- *υι* testa-  
 gustus nunquam totius orbis impe- *menti*.  
 rium tenuit: quippe qui nec Gothis,  
 nec Armeniis unquam imperauit, ut  
 in eius loci commentario palàm affir-  
 mat Ambrosius.

Ad hæc Ioannis ultimo: Nec ipsum  
 arbitror mundum capere posse eos,  
 qui scribendi sunt, libros de Christo.  
 Hic Chrysoſtomus & Cyrillus inge-  
 nuè agnoscunt *ὑπερβολήν*. nec refra-  
 gatur Augustinus, tametsi alterum  
 quoq; sensum adfert.

Deniq; ad Romanos 10. Fides ue-  
 stra in uniuerso mundo annuncia-  
 tur, *ὑπερβολή* est, interprete Origene.  
 alioqui non esse consentaneum di-  
 cit, fidem non ita multorum Ro-  
 manorum iam tum toti mundo in-  
 notuisse. Similis locus est ad Colof-  
 senses capite primo, quum dicit:



Euangelium prædicatū in omni crea-  
tura, quæ sub cœlo est. Item quū Pau-  
lus Philïppensibus scribit, se omnia  
habuisse pro stercorebus, ut Christū  
lucrifaceret: extremus rerum huma-  
narum contemptus significatur. Sūt  
aliī loci, cōplures, qui Erasmo nostro,  
reliquisq; probatis ecclesiæ Doctori-  
bus πὸς παρβολὴν pertinere vidētur:  
sed nos ex plurimis sacrae scripturæ  
locis, qui à clarissimis & sacris autho-  
ribus παρβ λικῶς explicātur, hæc tan-  
tum attulimus, ne quis miretur, et ab-  
surdum putet, tropum tam durum in  
ea inueniri.

*εἰρωνεία* Iam *εἰρωνεία* in scripturis spiritui di-  
frequens uino non inequēs, de qua minus e-  
in scriptu- tiam uideri possit, nonne manifestissi-  
ris. ma est, & æquē festiua in uerbis He-  
liæ, 3. Regum 18. irridētis prophetas  
Baal: Clamate, inquit, uoce maiore,  
deus enim est, & forsan loquitur, aut  
in diuersorio est, aut in itinere, aut cer-  
tè dor

R E S P O N S I O.

9

te dormit, ut excitetur.

Apud Ecclesiasten cap. 11. Lætare ergo iuuenis in adolescentia, &c. *εἰ γὰρ νεῖς* esse testantur quę sequuntur: Sci-  
to quod pro omnibus his, &c.

Similis irrisio legitur in Threnis Hieremię cap. 4. Gaude & lætare fili-  
a Edom, qui habitas in terra Hus, ad-  
te quoq; perueniet salus.

Itē cap. 26. Bibite, inebriamini, &  
vomite. Huius farinae est & hoc A-  
mos 4. Venite in Bethel, impie agite  
ad Galgalam, et multiplicare præuari-  
cationem.

Itē in his Christi uerbis ad tres Apo-  
stolos, Dormite nunc & requiescite: *εἰ γὰρ νεῖα in*  
Theophylactus in Marcum ait esse *Christi ser-*  
*monē,*  
*Matth. 26.*  
*Luc. 22.*  
*νεῖα*, quam et Augustinus, & Eras-  
mus præceptor & herus noster in an-  
notationibus, quas in Nouum testa-  
mentum scripsit, non prorsus asper-  
nantur, sine qua ualde se torquēt Ori-  
genes, Chrysostomus, et Hilarius. A-  
lioqui

lioqui quî consistit, ut Christus dicat, Dormite & requiescite, quum mox sequatur, Surgite eamus.

Deniq; primæ ad Cor. 6. Contemptos, qui sunt inter uos, hos cõstituite ad iudicandum: ἐρωεία est, præsertim quû sequat, Ad pudorẽ uestrũ dico. Ite, 2. Cor. 12. Donate mihi hãc iniuriã: D. Aug. lib. 1. cõtra legis & prophetarũ aduersariũ, non hoc simpliciter dictũ à Paulo admonet, sed ἐρωεία potius exprobrãtis. quale putat illud in Genesi, Ecce Adã factus est tanq; unus ex nobis. Id genus illusiones passim occurrũt, si quis pressius ac penitius, cũq; iudicio contẽplatus fuerit.

*αἰνιγμα*  
apud Eccle  
siastem. *αἰνιγματο* Quin & *αἰνιγματο* tenebras scriptura subinde suis uerbis implicuit, dataq; opera sese obscurat, quemadmodũ aperte dicit Augustinus 15. de Trinitate libro, cap. 9. *αἰνιγμα*, inquit, *ἡ ἀσαφὴς ἀλληγορία*.

Quod genus est illud Prouerb. 3. Sanguisugæ erant tres filię. Item illud.

Iud, Pēnæ colūbæ deargentatæ, et posteriora dorsi eius in specie auri: quū significet eloquia scripturæ spiritalis diuino lumine plena, sensum uero eius interiorē maiori cœlestis sapientiæ gratia refulgentē, Vel certe uitā sanctæ ecclesię præsentē, uirtutis pennis gaudentē: futurā aut quę in cœlis est, æterna cū domino claritate futuram.

Tale est et illud Iudí, 14. de subactō leone à Sāpsone, De ore fortis egressa est dulcedo, quū sensus sit, in ore leonis repertū mel. Origenes Homel. 13. super Num. affirmat esse *αίνιγματα*, quæ scripsit Esaias, eo quod ipsemet dixerit, Et erunt uerba libri huius, sicut uerba libri signati. *ἀποκάλυψις* quoque uarijs referta est ænigmatis. Insuper Chrysof. Matthæi 20. dicit Christum ænigmatē usum, quū dicit *ἀλλυγοί* *ρίαι* multæ *in arcanis* *literis.* Nec; uero mirum sit multa in Biblijs sparsim *αίνιγματα* esse, quū propè infinitæ

infinite ἀλληγορίαι sint, et multæ inter  
 has uti constat obscuræ, & definitore  
 Augustino loco proximè citato, Aë-  
 nigma nihil aliud est, quàm obscura  
 allegoria, Cæterum quod magis mi-  
 rari possumus, dicit idem Augusti-  
 nus lib. contra mendacium, ad Con-  
 sentium cap. 13, in libris sacris etiam  
 fictionem esse, ut aliud significetur:  
 Fictio. Sic lib. Iud. cap. 9. Ligna sibi regem  
 requirunt, & loquuntur ad oliuam, fi-  
 cū, uitem, & rubum: quod utiq; in-  
 quit, totum fingitur, ut ad rem, quæ  
 intenditur ficta quidem narratione,  
 nō mendaci tamen, sed ueraci signi-  
 ficatione ueniatur. Idem alijs exem-  
 plis fusius declarat lib. quæstionum  
 super Lucā cap. 47. annectēs, Quū  
 fictio refertur ad aliquam significatio-  
 nem, non est mendacium, sed aliqua  
 figura ueritatis. Hac tenus de hyper-  
 bole, ironia, ænigmatate atq; fictione:  
 quæ insolentiores tropi sunt, & ali-  
 quando

R E S P O N S I O.

quando exorbitantiores. Quis autē enumeret alios tropos, uel qui apud grammaticos & rhetores nomina habēt, uel qui non habent? Sunt autem propè innumeri, quod & ipse Augustinus testatur. qui nusquam non occurrunt in arcanis literis.

Quod autem dicitur Matth. 27. & Marci 15. eadē Christo probra latrones dicebant. Augustinus explicans tropos Exodi, libro Annotationum suarum tertio, putat ἐτέρωσι ἢ ἐναλλαγῶ esse, ac numerum multitudinis positum pro numero singulari: hoc est, latrones dictum pro latro.

τρόποι,  
  
ἐναλλα-  
γῆ nume-  
ρι.

Propterea quod apud Lucam 23. alter duntaxat conuiciatus sit ei. Hieronymus in Commentarijs, σύλληψιν appellat: tropum quidem agnoscens, sed aliam subnectens rationem, qua tropo nō sit opus: ut primum uterq; cōuiciatus sit Christo, mox mota terra alter respuerit. Itidem Exodo: Fecerunt

cerunt sibi deos aureos, quum unum vitulum tantum fecerint, de quo dixerunt, Hi sunt dii tui Israél, qui eduxerunt te de terra Aegypti.

*ἐναλλαγῆ  
temporis.*

Ioannis 1. Postero die uidet Ioannes Iesum uenientem ad se. Hic temporis ἐναλλαγῆ est, ut Erasmo nostro placet, quæ habet miram gratiam in narrando: cum imaginamur iam geri, quod gestum narra- mus. Itidem in uerbis Pauli, quum de se alijs que uiuis Christianis ait, Qui simul cum Christo nos sedere fecit in cœlestibus: Augustinus libro de Agone, indicat esse temporis ἐναλλαγῆ, & præteritum pro futuro. Nō enim factum est, sed quia certum est futurum esse, ita dictū est, quasi iam factum sit. Eodem tropo, authore Hieronymo in Matth. 16. Matthæus dicitur publicanus, quia fuerat: Simon leprosus, & Paulo Erastus dicitur arcarius ciuitatis, & Abigail ad-  
huc

R E S P O N S I O. 45

huc dicitur uxor Nabal, quum iam  
transisset in matrimonium Dauidis,  
mortuo Nabal.

Σωκροδχὴν uerò, quoties inuenitur?  
de qua Augustinus psal. 87. Isto ge- *σωκροδχ-*  
nere locutionis, ut totum pro parte *χὴ et in Bi*  
accipiatur, uti etiã sacra scriptura con- *blijs.*  
suevit, ut in Euangelio Matth. 12. &  
Lucę 11. Sic erit filius hominis in cor-  
de terre trib. dieb. & tribus noctibus.  
Quem locum, uti Erasmus noster re- *Triduum*  
fert, D. Hieronymus etiã explicat *quo Chri-*  
per tropum, qui grammaticis *σωκρο-* *stus in se-*  
*δχὴ* dicitur. Siquidem quum unus *pulchro e-*  
duntaxat dies huius tridui fuerit inte- *git.*  
ger, nempe sabbati cum nocte adiun-  
cta, nec Christus in sepulchro fuerit,  
nisi uespera parasceues, ac diluculo  
dominicę quo surrexit, tres tamen  
dies in sepulchro scribitur egisse.

Σωκροδχικῶς quoq; dissonantia in  
numero dierum Matthæi & Lucę,  
Chrysofomo & Theophylactio cõci-  
liatur.



liatur. Mattheus autē cap. 17. et Marcus cap. 9. consentientes, quum post sex dies dicunt Iesum assumpsisse Petrum, Iacobum, & Ioannem, &c. eos tantum dies supputant, qui mediū intercesserant inter sermonem habitū, & montem aditum. Lucas uero quū tradit octo ferme dies intercessisse, duos etiam extremos imputat, nēpe eū quo prior est habitus sermo, et eū quo montem ascenderunt. Itidem Augustinus lib. de quæstione Euangeliorū primo, quæstione 7. illa de Christi post tres dies resurrectione, quum diluculo tertij diei resurrexit, quæstionem soluit: unā cum hoc, Christum triduo fuisse in sepulchro.

Synecdoches species. Est & tropus *συνecδοχῆς* species, qua possessorem indicamus nomine rei possessæ, quale est illud, Mane deductus est ad ædes præsidis. Item apud Marcum cap. 5. quum *ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ναύων* uenire dicuntur, qui ab illius ædibus

ædibus ad illum uenirent. Idem Au-  
 gustinus psal. 4. dicit esse moris scri-  
 pturarum, Deo tribuere quod in no-  
 bis fecit: ueluti quum ipse loqui dici-  
 tur, quum eius dono loquuntur Apo-  
 stoli: ut Non enim uos estis qui loqui  
 mini, sed spiritus patris uestri, qui lo-  
 quitur in uobis. Non dubiũ est, quin  
 ipsi Apostoli loquuti sint, sed quia a  
 deo dabatur eis, quod loquerentur,  
 idcirco nõ ipsi, sed spiritus dei loqui  
 in ipsis dicitur. Quemadmodum uul-  
 go aiunt: Ego non hoc dico, sed Pau-  
 lus. Simile quiddam uolunt esse illud  
 Pauli, Rom. 8. Ipse spiritus postulat  
 pro nobis gemitib. inenarrabilibus.  
 Neq; enim gemitus competit in spiri-  
 tum sanctum. Sic tropica locutione  
 terra frequenter accipitur pro homi-  
 nibus in ea habitantibus, id est conti-  
 nens pro contento, ibi, Interfecta est  
 terra in sanguinibus, teste Augusti-  
 no psal. 105. Sic etiam: Omnis terra  
 b            adoret

τρόποι.

adoret te deus. & Gen. 47. Inualuerat autem fames ualde, & deficit terra Aegypti. Sed ut λαπωνικῶς, & uno quod aiunt fasce, uarios tropos complectar, τροπικῶς dicit dominus Adae Gen. 3. Puluis es. in puluerem reuertaris. qui utiq; homo erat, puluis non erat: sed ita uocatur, quia de puluere seu de terra factus erat. Erasmus putat ἐναλλαγῆν ἢ συνεκδοχῆν esse, quæ materia nomine uocat, quod ex materia confectum est. Sic Adam uocauit E-uam os, Gen. 2. Hoc nūc os, inquit, ex ossibus meis: quia de ossis sui substantia facta erat. Itidē Exodi 7. quod iam serpens erat, adhuc uocatur uirga, quoniam ē uirga mutatum erat: Deuorauit, inquit, uirga Mosi uirgas Magoiū. Multis quoq; scripturae locis Iacob & Israēl usurpatur pro gente ex eo prognata, ut Psal. 78. legimus, Comederūt Iacob: id est, populum Israēliticum ex Iacob prognatū. Apud

Apud Esaiam: Israel autē me cogno-  
uit. Matth. 9. Nunquam apparuit sic  
in Israel. In cātico Virginis: Suscepit *Luca 1.*  
Israel puerum suum, &c. hoc est, Do-  
minus memor promissionum sua-  
rum, opem tulit genti Israēliticæ op-  
pressæ, eam que liberauit ex ingerti-  
bus erumnis.

Alio tropo sic scriptū est Gen. 41.  
Septē boues pulchræ, et septem spicæ *Est pro si-*  
plene, septē ubertatis anni sunt. id est, *gnificat*  
signant. Sic ad 1. Corinthijs 10. ὁ χρι- *συνεκεδο-*  
σος ἐστὶ λίθος. Itidē Dominus in Euan- *χικῶς.*  
gelio, Bonum semen sunt filij regene-  
rationis, zizania autem sunt filij ma-  
ligni. Ioan. 15. Ego sum uitis uera, &  
uos palmites, pater meus agricola.  
Luce 6. Semen est uerbum Dei, ager  
est mundus. *τροπικῶς* item terra dici-  
tur habere columnas, psal. 55. ibi, E-  
go confirmaui columnas eius: id est,  
uirtutem sustinentem ipsam, ut inter-  
pretatur Ambrosius homilia 1, Hexa-  
meri.

meri. Sic in parabola Euangelica, diabolus hominis nomine signatur. Inimicus, inquit, homo hoc fecit: id est, diabolus, ipso Christo sic explicante. Quia quadam figura potest dici homo, non tamen esse homo, ut inquit August. psal. 55. Ad Synecdochem & illud, Erasmo nostro pertinere uideatur, quod in Euangelio dominus loquitur, ad sinistram constitutis: Nō noui uos. Nec est necesse, eodē Erasmo docente, ut hic nosse, interpretemur fecisse, quod facit ueterum quidā epistola 67. ad Valerianū: Quid est, inquit, Noui uos, nisi uos ego tales non feci. Eiusmodi schematis idē Augustinus esse putat, quod de Christo legimus, qui peccatum non nouerat, id est non fecerat. Significantius enim dictum est, non nouerat, quam si dixisset, non fecerat, aut non commiserat. Sic dicit dicit Augustinus lib. 1. in duas Pelagianorū epistolas c. 7.

Concupi

Cōcupiscentia carnis uocatur pecca- *Concupi-*  
 tum, non utiq; quia peccatum est, sed *scientiæ no-*  
 quia peccato facta est: sicut scriptura *mine desi-*  
 cuiuscunque dicitur manus eius, eo *gnatur pec-*  
 quod manus eam fecerit. Quid hic *catum,*  
 commemorem de sermonibus, qui-  
 bus undiq; redūdat scriptura canoni-  
 ca, per quos quæ nobis uel iuxta cor-  
 pus, uel iuxta animū adsunt, ἀνθρωπο *ἀνθρωπο-*  
 πάβως deo tribuūtur, ueluti cū dicitur *πάθια.*  
 psal. 6. κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μὴ *furor, ira.*  
 ἐν τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. & psal. 109.  
 ὡμοσε λυγίος, ἵνα ὁ μετὰ μεληθῆσιν. psal. *Insiuran-*  
 94. ὡς ὡμοσε ἐν τῇ ὀργῇ μου. Nusquam *dum, pœni-*  
 enim nō huius generis alia inriume- *tudo.*  
 ra sunt obuia. quæ si simpliciter acci- *lusiuran-*  
 pias, ἀβωα erunt. Nā horū nihil uerè *dum, ira.*  
 cadit in Deū. Sed similes locutiones  
 quomodo sint intelligendæ, dilucidè,  
 ut omnia, exponit Augustinus, quū  
 aliàs, tū libro ad Simplicianū 2. & in-  
 clytus ille Gregorius Nazianzenus  
 libro Theologiæ 5. Verum infinitū sit

hæc undicumq; conquirere, & iam penè numero laboramus.

*Troporum necessaria cognitio.* Constat igitur, sacros libros passim tropis et schematibus repletos esse, ac sæpius per hyperbolen, enallagen, similesq; tropos diuinorum uoluminũ sensum, sacros & magnos illos ecclesiæ doctores explicare, quos quidem tropos Augustinus in opere cui titulus, de Christiana doctrina, censet uigilanter attendēdos, memoriterq; retinendos. Nam eorũ cognitio, inquit, scripturarum ambiguitatibus dissoluendis est necessaria, eo quod sensus interdum ad uerborum proprietatē est ἀπὸ τῶς. Cauendũ est igitur in primis, ne figuratam locutionem ad literam accipiamus. Quod utinam animaduertēt ματαιόλογοι καὶ γελοῖοι quidam, qui ijs cōtemptis, ac publicitus Theonino dēte laceratis, falsò sibi scientiæ opinionē induerunt. Grammaticam & rhetoricam, tanquam nimĩū humiles

humiles, penec̄ pueriles fastidiunt, atq; aspernātur, ut illi quidem nesciāt quid tropus, allegoria, parabola, grāmaticorū schemata, & uocabula passim in arcanis literis obuia significēt. Et interim putant se idoneos diuinarum scripturarum interpretes. Erasmus enim noster, summus, & magni nominis theologus, in Annotationibus suis, quibus Nouum testamentū illustrauit, & explanauit, totā Euan-gelicā historiam grāmaticis schematis deberi commonst. at: exponitq; eleganter quantum hæc, sicuti uidentur, minutula apud *ἀλυψίας* & neutiquām uiolandæ autoritatis doctores, obtinuerint dignitatis, quantum que *Disciplinas humanas cōferre ad scripturarū intelligentiam.* commoditatis & lucis adserant. *Itidem* Origenes in Exodi cap. 1. Hom. 2. Si uis inquit, in his eruditionibus uirilisi animi fuerit, & uoluerit celestia quærere, & diuina sectari, ueluti *medicatus* & fatus per huiusmodi eruditiones



ruditiones, ad diuinorum intelligentiam paratior ueniet. Nō sunt igitur tropi sacras tractanti literas, ueluti res humiles contemnendi, ceu theologis indigni, nec tam procul à sacris ablegandi grammatici, & rhetores, de diuinis literis aliquanto melius meriti, quàm sint ἀμυσότατοι, καὶ ὀνομαφάλοι sophistæ. Sed ut ad id unde digressi sumus reuertamur, certum est scripturam esse tropicam, & igitur opus esse locutionem simplicem à figurata dignoscere: ad cuius rei notitiam Augustinus tradit aliquot regulas sanè quàm utiles, sed ἔγωγε μοισχόλη eas explicandi. Vnum tamen præterire nō possum, neotericos scriptores in scripturis quadruplicem tradere intellectum, Grammaticum siue literalem, aut si mauis historicum, tropologicū, allegoricum, & anagogicum: quorū definitiones, ut uulgo tritas, breuitatis gratia omitto. Verū prisca & primū nomī-

Quadruplex scripturæ sensus.

nominis doctores, nō agnoscunt nisi  
 duos sensus, literalem & spiritualem,  
 quem varijs appellant nominibus,  
 nunc tropologiam, nunc allegoriā,  
 nunc anagogen, nullo tamen discrimine,  
 id quod ex Hieronymo, omni luce  
 clarius liquet in Commentarijs  
 ad Gal. 4. Rursus in Esaiæ cap. 15. in  
 Ezechielis 16. in Amos 3. Item in O-  
 rigenis Homelia super Numeros un-  
 decima: quæ loca proluxius sit adfer-  
 re, quàm ut temporis angustia sinat.  
 Sed ut omnem dubitationem exclu-  
 damus, ipse Paulus Galat. 4. ἀλληγο-  
 ρίαν appellat, quum per Saram ait de-  
 signatam cœlestem Hierosolyman,  
 quæ est ecclesia triumphans: hæcre-  
 centioribus ἀναγωγῆ, Dionysio θεωρία  
 est. Itē τροπολογία non est aliud quàm  
 scripturæ ad mores accommodatio, τροπολο-  
 γία. si simplex est scriptura, τροπολογία γίγνεται.  
 quoc̄ simplex est: si figurata est scri-  
 ptura, non potest non esse aliqua spe-  
 cies

cies ἀλληγορίας, quæ est genus ad omnes orationis τρόπους.

Quū igitur προωλογία, ἢ ἀναγωγή, ἀλληγορίαι ueræ sint, reliquum est omnē scripturæ sensum γραμματικὸν ἢ ἀλληγορικὸν esse. Cogor hic multa breuitatis gratia omittere, ualde ad rē facientia: quæ qui cupiet, ex Erasmi nostri Ecclesiasta petat licebit. Ad literalem sensum pertinet, quicquid ex ipsa uerborū significatione recte accipitur, siue uerba simplicia sint, siue figurata, ut diligenter Thomas quoli. 7. docet. ἀλληγορία Græcis dicta est, quod aliud dicitur, aliud intelligitur, autoribus Hieronymo, Ambrosio, et Augustino. Verū hic est scrupulus. nā ex his sequi uidetur, eundē esse sensum γραμματικὸν καὶ ἀλληγορικόν. quod cur uno exemplo probēt̄: quū sint mille: Certū est enim, quū dicitur Matth. 3. Ventilabrum eius in manu eius, & purgabit aream suam: sensum ἀλληγορι-

ἀλληγο-  
ρία.

ἀλληγορι-

ἀλληγορικῶν ipſis uerbis ſignificari. Re-  
 ſpondeo: Duplex eſt ἀλληγορία, qua-  
 dam uerborum, quædam factorum.  
 ſic diſtinguit Auguſtin. lib. 15. de Tri-  
 nitate, cap. 9. Cuius uerba omitto.  
 Iam diuiſio intelligitur de allegoria fa-  
 ctorum. nam allegoria uerborum nō  
 excludit literalem ſenſum, ſed ſem-  
 per habet eum in ſe. ſed nunquam eſt  
 idē ſenſus literalis, & allegoricus, ἀλ-  
 ληγορία factorum. quū enim per duos  
 filios Abrahæ duo teſtamenta intelli-  
 guntur, uerba nō μεταφορικά, ut ex eis  
 poſſit conſtare ἀλληγορία, ut quæ nihil  
 aliud eſt quàm perpetua μεταφορά, ſed ἀλληγο-  
 ρία quid.  
 res ipſa ἀλληγορικῶς ſignificatur. Præ-  
 ter has explicandi rationes, Auguſti-  
 nus li. ad Honoratū, de Utilitate cre-  
 dendi, cap. 2. refert quatuor modos e-  
 narrandi Bibliæ, puta ſecundū hiſto-  
 riam, allegoriam, ætiologiam, & ana-  
 logiam, et hoc plurimi neotericorum  
 ſcriptorum citant, ſed omnes corru-  
 ptē  
 Quatuor  
 modis tra-  
 diſcriptu-  
 ram.

ptē & deprauatissime. Nā quam Au-  
 gustinus αἰτιολογίαν, id est causæ red-  
 ditionem, uocat, isti ἔτυμολογίαν, quæ  
 in nullo similis est illi, nisi syllabis, uo-  
 cant. Et quā ille ἀναλογία, quæ conci-  
 λιatio et locorū scripturæ cōcordia, uo-  
 cat, isti ἀναγωγίαν, literarū similitudine  
 decepti, appellant, quū prorsus diffi-  
 deant πολλοῖς παρασάργαις, ἢ ἐκ διαμέ-  
 ρου. quod uel ipsius Augustini uerbis  
 perfacile colligere potuissent, quū ea  
 Augustinus diligenter atq; accurate  
 et definiat, et exemplis declaret. Quis  
 enim non uideat αἰτιολογίαν nihil com-  
 mune habere cum etymologia, nisi  
 quod uocabula solū una litera diffe-  
 rant, quū αἰτιολογία sit propositio ex-  
 plicāsdicti prioris causam. ἔτυμολογία  
 sit solum uocabuli unius interpreta-  
 tio. Sed his omīssis, ad quæstionem re-  
 spondeo. In scriptura sacra potest ali-  
 quid efficaciter probari ex uerborū  
 quicquam, ἀλληγορίας, sed non ex factorum ἀλληγο-  
 ρίας

eis, nisi in uno casu, puta quum ipsa fi-  
 gura in Nouo testamēto aliter quā  
 ipsa uerba sonent explicatur. Sicut i-  
 pse Christus nostræ religionis prin-  
 ceps parabolas aliquot dignatus est *ἀλληγο-*  
 explicare. Aperuit enim Ioan. 3. quid *εὐρύμελα.*  
 serpens æneus significaret. duos A-  
 brahæ filios, duo testamenta signare,  
 Matth. 12. Lucae 11. Ionam post tridu-  
 um è ceti uentre redditum, ipsius se-  
 pulturam præsignificare. Quemad-  
 modum Esaias allegoriam de uinea  
 quæ pro uuis genuit labruscas, expo-  
 suit. Euangelistæ commonstrarunt  
 quid senserit Dominus, quū diceret  
 Soluite templum hoc, & in triduo ex *Matth.*  
 citabo illud. Item quum iuberet caue-  
 ri à fermento Pharisaorum. Apud *Marci 14.*  
*Lucam 8. cap. παραβολὴ* de seminan-  
 te exponitur. Apud Matthæū 21. de  
 uinea & latronibus. Similiter Petrus  
 & Paulus aliquot Veteris instrumen-  
 ti locos *ἀλληγορικῶς* interpretatur. Pe-  
 trus

trus diluuium typum fuisse Christia-  
 nibaptismi indicauit. Paulus petrā,  
 unde Hebræis fluxit aqua in deserto,  
 designasse Christum docuit. idē Gal.  
 4. historiam Saræ & Agar ad legem  
 & euangelium accommodat. Et ue-  
 lamen, quo Moses loquutus populo  
 textit faciem suam, docuit esse typum  
 cæcitatē Iudaicæ, quæ non prospicit  
 spiritualem legis intelligentiam.  
 Tota autem ratio utriusque est, quia  
 quando figura per apertum Noui te-  
 stamenti locum non elucidatur, non  
 possumus esse certi, nos non errare in  
 figuræ applicatione. Vnde enim pos-  
 semus esse certi? Nam fieri non po-  
 test, ut per id quod incertum est, ali-  
 quid certò probemus. Augustinus  
 ut est ingeniosissimus, non dicit sim-  
 pliciter per allegoriā non posse quic-  
 quam probari: sed addit, nisi habeat  
 & manifestissima testimonia, quorū  
 lumine illustrentur obscura. Proinde  
 non

R E S P O N S I O.

51

non est phas, de typis & allegorijs dubitare, quarum inuolucra nobis aperuit scriptura canonica, cuius irrefragabilis est authoritas. Verborū quoque *ἀμυγγοπία* si esset adeò obscura, ut nullo modo certus sensus colligi possit, nec ex ea possit quippiam efficaciter probari. Quin fit interdum, ut ubi nulla est figura neq; rerum neque uerborum, tanta tamen sit scripturæ obscuritas, ut intelligi nō possit, quæ admodum aliquot locis dicit Augustinus, nominatim de illo Pauli loco 2. Thess. 2. Iam enim mysterium operatur iniquitatis, tantum qui modò tenet teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus. Ego inquit, quid dixerit fateor me prorsus ignorare: lib. de Ciuitate dei 20. cap. 19. Item undecimo de Ciuitate, cap. 6. Dies sex, inquit, quibus deus creauit mundū aut perdifficile nobis, aut etiā impossibile est cogitare, quanto

Difficultate  
scripturæ  
sacræ.

magis



magis dicere. Hanc obscuritatē passim testatur idem libro Confessionū 12, cap. 14. Mira profunditas eloquiorum tuorum Domine, quorū ecce antenos superficies blandiens, sed mira profunditas Deus meus, mira profunditas, horror est intēdere in eam, horror horroris, & tremor amoris. Hieronymus lib. 1. aduersus Pelagianos, Quotusquisq; inquit, Christianorū habet legis scientiam, quam in multis ecclesiæ doctoribus aut rarò, aut difficulter inuenias. Adhęc Erasmus Paulo Volfio scribens, ac de difficultate sacræ scripturæ loquens: Figuræ inquit, tropicq; obliqui, tantum habent difficultatis, ut nobis etiam non rarò sudandum sit, priusquam intelligamus. Inutile itaq; non fuerit, ut idem in Methodo theologica opinatur, si theologiæ destinatus in grammaticorum rhetorumq; schematis ac tropis diligenter exerceatur. Quoniam bona

R E S P O N S I O.

33

na difficultatis pars sita est in ipso ser-  
 monis habitu, quo tradite sunt nobis  
 sacrae literę. Nam tropis & allegorijs,  
 ac similibus, seu parabolis ferè oper-  
 tus est, & obliquus nonnunquã usq̃  
 ad ænigmatis obscuritatem. Hac-  
 nus ille. Hæc utinam diligenter per-  
 penderent, qui rem impendio facilẽ  
 et humilẽ, ac triuialem esse scriptura-  
 rum inuestigationem arbitrantur, &  
 malunt subtilia discere, quàm simpli-  
 cia: malunt sua impudenter ingerere,  
 quàm aliena uerecundè discere. Pu-  
 det eos, quod non puduit Socratem  
 dicere, hoc scio, quod nescio, imò hoc  
 ipsi unum nesciunt, quod nesciunt.  
 Recte monet Hieronymus, diu esse  
 discendũ, quod doceamus. Laudan-  
 da est cauta inquisitio, non præcipita-  
 ta assertio. Magnum est agere docto-  
 rẽ, sed citra periculũ discitur. Meo  
 quidem animo, integerrime Tornon-  
 de, utcunq̃ satisfeci, tuo iudicio an dũ  
 c      satisfec-

fatifecerim nescio. Possent quæ sunt  
 à me scripta, paulo cautius muniri,  
 paulo etiam exactius ac diffusius ex-  
 plicari: uerū cui scribam uideo. Nos  
 quidem fecimus sedulo: tuū est, qua-  
 liacuncq; sunt, in bonam partem acci-  
 pere. Voluimus hæc prima nostri ty-  
 rocini præludia sub tuis oculis æde-  
 re, non ut artis uel industriæ feramus  
 laudem, sed ut tuæ disquisitioni facia-  
 mus fatis, & amoris in te mei memo-  
 ria sit. Quæ si probaueris (probare au-  
 tem neq; tu potes, neq; uelim, nisi iudi-  
 cio ac merito) tum rursus incudi red-  
 dita, recudam paulo diligentius. Sin tibi  
 tam displicebūt, quàm mihi displice-  
 cent, pereant quouis fato, & uel Ve-  
 neris marito, uel Achillis matri conse-  
 crētur. Vide Tornonde dilectissime,  
 quàm decorū obseruem, qui tā theo-  
 logicū *ἡθικῶν* poëticis fabulis clau-  
 dam. Sed, ut inquit Horatius: Natu-  
 ram expellas furca, tamen usq; recur-  
 set.

RESPONSIO.

35

ret. Vale optime, & amicorum charis-  
 sime: et nos quęso meliora doce, meq;  
 ex animo redama. Prępropere, ex  
 musæo meo, die dominica quę est  
 nouissima mensis octobris. Hęc ad te  
 Iacobo Bobæo, nobis ut scis amicissi-  
 mo, commissimus, quę Virali Rober-  
 to eius Achatı fidelissimo  
 per ocium communi-  
 ces uelim.

C 2

GILB. COGNATI  
 COLLECTA IN D. HIERO-  
 NYMUM, in gratiã Hieronymi Coli-  
 nei, per eundem Gilbertum  
 conscripta.

**V**index humani generis Iesu, qui cœlestis uiri  
 Hieronymi sacrum pectus, ita totum tuo nu-  
 mine occupasti, ut contemptis generis sui stemma-  
 tis, neglectis amicorum affectibus, calcatis opibus,  
 spreis honoribus, te unũ nudus nudum sequeretur,  
 fragrantiq; animo ad tuæ crucis uexillum aduolans,  
 Romanis delicijs heremi uastæ horrorẽ antepone-  
 ret, superbasq; arces cum humili tuguriolo commu-  
 taret, ac saccum ciliciumq; pontificiæ insule præfer-  
 ret, quiq; eundem tantis eloquentiæ doctrineq; mul-  
 tigenæ dotibus cumulasti, ut in uertendis mysticis li-  
 teris, in eruendis scripturarum tuarum arcanis, in  
 retundẽdis impijs hereticorum dogmatib. facile or-  
 mnium princeps extiterit: largire quæso id nobis,  
 qui in beatissimo uiro tuam erga mortaliũ genus be-  
 nignitatem & amamus & ueneramur, ut eius & li-  
 teræ intellectum nostrum salutarî doctrina illustrẽt,  
 & mores ad castigatiorem uitam accendant, quo di-  
 spulsis errorum offensis, in arcane scripturæ myste-  
 rijs latitantem, uel per ænigma uideamus, cogni-  
 tumq; abiectis huius mundi pestiferis illecebris per  
 arduam

arduam uirtutis uiam sequamur. Qui uiuis, & cæ.

## ALIA ORATIO AD IESVM.

**E**xoramitissime Iesu patrem tuum, ut & uete-  
res noxias mihi sua clementia condonet, &  
contra nouarum pericula præmuniat, fulciat suis  
dotibus animum meum: ne me uel mundi male dulces  
illecebræ transuersum auferant, uel irruentum malo-  
rum calamitas deiiciat. Amarefcant mihi omnia, quæ  
patri tuo tibiq; sunt ingrata. Sapiat continentia, pie-  
tas, simplicitas, meas meorumq; omnium res, uitam,  
salutem tibi uni in manus trado. Qui  
uiuis & regnas, & c.

IN OMNES ERASMICAS LV-  
cubrationses ligata & soluta oratione,

Gilberti Cognati Nozere-  
ni Carmen.

**M**antua Virgiliū, Cicronē Roma fileto:  
En Cicero nostri tēporis, atq; Maro.  
Nasonem Sulmo taceat, Verona Catullum,  
Et Plinium: natis iure superba suis.  
Nec ferat in cœlum Milesiæ terra disertos,  
Tuq; tuos fileas Creta diserta sales.  
Desinat insipiens sapientes Græcia septem

lactare: octavi nos meminisse iuuat.  
 Aequat enim cunctos, superatq; illustris Erasmus,  
 Linguarum triplici clarus in orbe sophos.  
 Præcipue eloquio Plautino, dogmate Pauli  
 Moribus, ingenio, religione, fide.

IDEM AD ERASMICARVM  
 Lucubrationum inspectorem.

**M**agna Pericleæ ueteres dāt fulgura lingue,  
 Flexanimis uerbis singula Erasmus agit.  
 Ille metu traxit, miranda tonitrua spargens,  
 Ille aures placidis ducit ubiq; sonis.  
 Ergo age, cur ueteres miraris inepte uiator,  
 Quando homini nostro gratia tanta fauet.  
 Imò illi Charites donis sese omnibus addunt,  
 Sive uelit Græcè, sive Latina loqui.  
 Herculis hunc cornu, Alcinoi seu dixeris hortos,  
 Errabis, meruit que mage digna forent.

IN EXPEDITIONEM IN  
 Turcas, consultore Eras. Rot.  
 eiusdem Gilberti Cognati  
 carmen.

**T**v quicumq; paras in Turcã sumere bellum,  
 Victriciq; manu signa referre domum,  
 Auspice

Auspice tutus eas in Turcas miles Erasmo,  
 Nec metuas tanto prælia tanta duce.  
 Non aliter uictor: sed & hosti uictima fies,  
 Ni tibi dux belli doctus Erasmus erit.  
 Quo duce uictor eris, uictoriaq; arma repones  
 Ad Capitolini templa uerenda Dei.

IDEM AD RENATVM PE-  
 rottum Dolanum medicum  
 clarissimum, de Erasmi  
 Ciceroniano.

**L**iber cui Cicero nomen dedit, is qui ab Erasmi  
 Magni diuino prodijt ingenio,  
 Quo docet & quid sit uere Ciceronem imitari,  
 Authorem & pingit quemq; colore suo,  
 Cur tam multorum damnatur carmine? multis  
 Que mali sunt, paucis optima queq; placent.

IN PAROEMIARVM CHI-  
 liades, opus Des. Eras.

**V**in scire, ô studiosa turba, quanto  
 Erasmus superet Politianum?  
 Longa non opus est recensione,  
 Hic est cenurio, ille Chiliarchus.



IDEM DE EODEM ERASMO,  
 Latinitas loquitur.

**M**ersa diu latui cæcæ caliginis umbris  
 Et plusquã tenebris condita Cimmerijs.  
 Dehinc uero paulum cœpi instaurata uideri,  
 Sed tamen (ut dicunt) non nisi per nebulam.  
 Nunc autem coelo, & cunctis notissima terris  
 Accipior, seruor, uiuo, triumpho, color.  
 Cuius ope? Eccuius nisi præcellentis Erasmi,  
 Debeo cui quantum Romula gens Fabio.

EIVSDEM DISTICHON,  
 quo Erasmo ualedixit.

**I**n quo cum literis pietas sanctissima certat,  
 Eloquiumq; simul, maxime Erasme uale.  
 Idem sibi ipsi gratulatur.

**E**gregium faciles oculi uidistis Erasmum,  
 Raram uidistis lumina fida uirum.  
 Ante alios longe micat hic præstantior omnes:  
 Seu quum Græca parat, siue latina loqui.  
 Miratur passim torrentem docta iuuentus:  
 Vnum pro centum millibus illa colit.  
 Suspicio; magniq; uoco ter numen olympi,  
 Reddat ut ingenijs præmia digna bonis.

Gilbertus

GILBERTVS COGNATVS

Nozerenus in effigiem Des.

Erasmi Roterodami.

**C**orporis effigiem si quis non uidit Erasmi,  
Hanc scite ad uiuum picta tabella dabit.

Si pariter uocem manus ingeniosa dedisset,

Vidisses simul & pectoris effigiem.

Sed quod docta manus præstare nequibat, Erasmus

Plenus ac melius præstitit ipse sibi.

Ecce quod in libris tibi mentis imago relucet,

Viuâq; nec fallax, clarius ac speculo.

Atq; hæc forma uiri spectatu dignior, illa

Quam finxit pictor, theca modo est animi.

Erga puta toties te pictum cernere Erasmus,

Ingenij illius quot monumenta legis.

Eiusdem Gilberti in eandem.

Ἐικόνα ταύτην ὄσ, τῆς ὀφθαλμοῦ τριγυρόντος Εἰράσιμου,

ὄν ἀνθρώπου ὄφθαλμοῦ, ἀλλὰ τὸ σὺν ἄλλοις ὄφθαλμοις.

Aliud

Atria hic et pluteos ornet, ualeantq; Cleanthes,

Cedat Palladium, Roterodamus adest.

Aliud

Cedat Aristoteles, et tu quoq; cede Cleanthe:

Solus habe nostrum Roterodamice larar.

42 GILB. COGNATI  
DES. ERASMI ROTERODA-  
mi Epitaphium, per eundem  
Gilbertum Cognatum  
Nozerenum.

**M**agnus Roterodamus ille noster,  
Hæc quo secula neminem tulerunt  
Maiorem, neq; prisca clariorem  
Norunt tempora, nec cui futura  
Parem posteritas habebit: ecce,  
Hoc sub marmore mortuus quiescit.

IODOCI SASBOVTI CAE-  
saris consiliarij, de eodem Gil-  
berto Cognato Noz.  
carmen.

**Q**ualis erat quondam uiuo Cognatus Erasmus.  
In pia defuncti talis & ossa manet.  
Ut bibulas pinxit chartas dictante magistro,  
Sic iam selectos colligit inde locos.  
Illud erat pietatis opus, studijq; perhennis,  
Hoc uera firmus religionis amor.

IOANNES

IOANNES MORELLVS GILBERTO Cognato amico singulari S. D.

**D**isplicet, ah iusto nimium Gilberte dolore  
 Displicet, ac multū dulcis amice dolet,  
 Quod nequeam officijs illud prestare uicissim,  
 Quod nostra poscunt uincula amicitiae.  
 Ecce mihi nudum est, sortisq; tyrannide pressum  
 Corpus, & hoc praeter, nil, nisi solus amor.  
 Viribus, ingenio, & fortuna sum tibi dispar,  
 Me superas lingua, me superas calamo.  
 Planè nil superest, quod me commēdet amico,  
 Solum animi pulchro sunt in amore pares.  
 Quare ne pigeat talis, te obtestor, amici:  
 Haud opibus, uerus sed fide constat amor.  
 Cetera cum desint, animum tu suscipe solum:  
 Qui si defuerit, cetera pestis erunt.  
 Hunc adamantina uinctum tibi trado cathena,  
 Hoc precor, hoc uno, iure fruare tuo.

IOAN. FAILLIVS MRAVIL  
 lanus D. Gilberto Cognato S.

**I**lle qui totus tuus est, salutem  
 Plurimam Gilberte tibi precatur,  
 Optat & longos superes uetusti,  
 Nestoris annos.

Dignus es longa celebriq; uita,  
 Qui bonas artes releuas iacentis:  
 Literæ sacræ duce te sepulchrum

Triste relinquunt.

Per tuos nobis digitos Erasmi  
 Sancta fluxerunt monumenta docti,  
 Quæ grauis nullo poterit uetustas  
 Perdere sæclo.


Montium pisces iuga summa quærent,  
 Ante uitabit leporem molossus,  
 Ante pascentur celeres in alto  
 Aethere cerui,

Quàm tuum nomen taceatur, inter  
 Incolas terræ Latæ, uel inter  
 Incolas Graios: breuiter, per omnem es  
 Cognitus orbem.

Maximo Cottæ, celebriq; Bruto,  
 Nomen æternum dedit, atq; amicis,  
 Nomen uxori dedit & Corinnæ,  
 Naso poëta.

Sic tibi à claro uenit ecce Erasmo  
 Fama, quæ nunquam poterit perire:  
 Hoc tibi carmen gratulatur istud,  
 Dulcis amice.

F I N I S.



170

LA VITE COGNATE

Vignone in vigna  
Cuius herba in vinea  
Lucea jure dicitur in sepulchris  
Tullius in de oratore

Per totum mundum  
Sed et in vinea  
Quod dicitur in vinea  
Tullius in de oratore

Non est in vinea  
Sed et in vinea  
Sed et in vinea  
Tullius in de oratore

Cuius herba in vinea  
Sed et in vinea  
Sed et in vinea  
Tullius in de oratore

Non est in vinea  
Sed et in vinea  
Sed et in vinea  
Tullius in de oratore

Non est in vinea  
Sed et in vinea  
Sed et in vinea  
Tullius in de oratore

Non est in vinea  
Sed et in vinea  
Sed et in vinea  
Tullius in de oratore

DE IESU CHRISTI

WONNOSTIO NARRA

Monachar Circumstantia

Historia Interpretis

—————

Herib. Antonij Marcell. Archie.

Magistri Regem. & Universi

Collegij Martini ad Praesens

Rechtshofen episcopi.

Winnif. Magnos. etc. etc.

etiam etc. etc. etc.

—————

etiam etc. etc. etc.

etiam etc. etc. etc.

—————

etiam etc. etc. etc.



